

1 . Cantá-te Dómino **cánti-cum no-vum**, \* qui- a mi-ra-

bí- li- a fe- cit. *Flexa* : plaudent manu, †

2. Salvávit sibi **déxtera eius**, \* et bráchium sanctum eius.
3. Notum fecit Dóminus salutáre **suum**, \* in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.
4. Recordátus est misericórdiæ **suæ** \* et veritátis suæ dómui Israel.
5. Iubiláte Deo, **omnis terra**, \* erúmpite, exsultáte et psállite.
6. Psállite Dómino in **cíthara**, \* in cíthara et voce psalmi ;
7. In tubis ductílibus et voce **tubæ córneæ**, \* iubiláte in conspéctu regis Dómini.
8. Sonet mare et plenitúdo **eius**, \* orbis terrárum et qui hábitant in eo.
9. Flúmina plaudent manu, † simul montes exsultábunt 9. a conspéctu **Dómini**, \* quóniam venit iudicáre terram.
10. Iudicábit orbem terrárum **in iustítia** \* et pópulos in æquitáte.

Glória **Pátri**, et **Fílio**, \* et Spirítui Sáncto.

Sicut érat in princípío, et **núnc**, et **sémper**, \* et in sácula sæculórum. Amen.